FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.IX.

VD18 90845390

[Bernhardus Ludovicus Löherus]

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317

Visual Library

Leich-Predigt über Frau Margaretha Melchior Neuffers/Raths-Verwandten/Ehfrau/ auß *Rom. VIII.* 15. 16. 17. Heilbronn / 1633. 4.

BERNHARDUS LUDOVICUS LÖHERUS, SS. Theologiæ Doctor, Sereniſſimi Würtembergiæ Ducis Johannis Friderici, Concionator Aulicus & Conſiſtorii Aſſeſſor, Senfftenfeldæ ad Sylvam Ottonis d. 25. Decembris 1580. ortus, Patre M. Daniele, ipſius loci Parocho, Matre Eliſabetha Zünliniana, Syndelfingenſi; Scholas frequentavit Lauffæ & Stuttgardiæ in *Pœdagogio*, ex quo Blabyram receptus in Collegium Alumnorum 1591. Bebenhuſam, Anno 1596. & biennio poſt in Illuſtre Stipendium Tubingæ, Magiſterii honores Anno 1600. & inter 24. contribules in teſtimonium ſingularis eruditionis primas obtinuit. Repetentium deinde numero adſcriptus Anno 1603. & poſt decurſum duorum Annorum in Miniſterium vocatus Diaconiam primò Uracenſem, porrò Anno 1608. Stuttgardianas per gradus, mox inſequente Anno Paſtoratum Xenodochialem cum annexâ SuperIntendentiâ reportavit. Anno 1612. d. 12. Novembris cum Chriſtophoro Bindero, Johanne Haubero & Joh. Henrico Hiemero Theologiæ Doctoris axiomate cohoneſtatus, elapſo deinde biennio in Aulam ad Eccleſiaſtis Munus à prædicto Principe accitus Spartam illam usque ad Annum 1626. conſtanter tenuit. Fortè autem cum Duce ſuo in thermis ferinis verſatus, habitâ prius Sereniſſimi Juſſu concione, Apoplexiâ tactus, memoriam eatenus amiſit, ut officium amplius peragere, adhibitis licet variis medelis,

Nat. 1580. Clar. 1622. Ob. 1631.

ne-

nequiret ; Rude igitur honeſtiſſimo donatus eſt. Nuptias celebravit Anno 1605. cum Anna Maria Luſtnaueriana, Tubingenſi, quam cum ſex Liberis ſuperſtitem reliquit. Erat Vir, ut Parentator ait, ἀπροσωπόληπτος, qui Legem audacter prædicaret, ſed tamen decenti cum modeſtia & prudentia. Cæterùm inſigni facundiâ & ſuavi admodùm pronunciatione præditus. Ad Cœleſtem Aulam migravit Anno 1631 die 1 Apr. Ætatis 51. Miniſterii 22. vide Concionem funebrem à Joſepho Schlotterbeckio, Diacono Stuttgardiæ habitam. p. 20. ſeqq. De eo ad pompam Exequialem Magni Ducis Wirtembergici, in prælio ad Wimpiam fortiter occumbentis, verba taciente Bernhardus Dieterlinus, Poëta noſtrâs ſic cecinit:

Conticuére omnes: mediâ ſtans æde Lōberus
Altior, ore potens, & majeſtate loquendi
Tecciadum linguæ moderamine ſuſpiratus
Temperat è roſtris, vocemque per ampla volutat
Templa Deo plenus turbataque pectora mulcet,
&c. (a)

Scripta.

Concio funebris in Obitum Johannis Hummelii Abbatis Murrhardenſis ex Philpp. I. Stuttgardiæ, 1610. 4.

Conc. fun. in Obitum Sibyllæ Duciſſæ Wirtembergicæ, ex Phil. I. 21. Stuttg. 1615. 4.

Conc. Secularis in Jubileo Reformationis ex Philippenſium I, v. 3. Stuttg. 1617, 4.

Conc.

(a) *Magneiſt. p. 71.*